

DE VI CORRIGENDIS HERETICIS, EPI. XLVIII. 34

**A**rum recipiēdarum repetitione ab Apostolicis exēplis receditur, quia hōc fecisse nemo inuenit in illo-  
rum. Sed tamen cum maiores vestri ipsius Cæcilia-  
num tunc ecclesiæ Carthaginensis episcopum, cui  
tanquam criminis cōmunicare noluerunt, apud  
principem Constantinum per Anulinum proculibet  
accusauerūt, nō res suas amissas repetiuerūt, sed in-  
nocentem, sicut existimamus, & sicut ipse iudiciorū  
exitus docuit, calumniosè appetiuerunt: Quo quid  
scelerati? ab eis fieri potuit? Si autem, sicut fallo-  
arbitramini, vera criminis iudicium tandem terreni  
potestatis tradiderunt, quid nobis obicitis  
quod vestrorū p̄aſumptione primū fecit: quod eos  
nō arguerem? quia fecerūt, si non animo uiido &  
noxio, sed emēdandi & corrīgendi volūtate fessilent.  
**V**os autem indubitanter arguius, quibus crīmē  
videtur de iniūciis cōmuniōnēs nostræ Christia-  
no imperatori aliquid conqueri, cum libellus à ma-  
ioribus vestris Anulino proconsuli datus, & Con-  
stantini imperatori mittendus, ita superscriptus

**L**ibellus sit: Libellus ecclesiæ catholice, criminum Cæciliāni,  
criminum.

tradit⁹ à parte maiori. Illos autem magis hinc ar-  
guimus, quia cū apud imperatorem vtrō Cæciliāni  
accusant̄, quem primo vtrig apud collegas trans-  
marinos conuincere debuerant, ipso autem impera-  
tore longe ordinatius agente vt episcoporum cau-  
sam ad se delatam, ad episcopos mitteret, nec vi-  
di pacē cū fratribus habere voluerūt: sed rursus ad  
eundem imperatorem venerunt, rursus nō Cæciliā-  
num tātum, verūtātē datos sibi episcopos iudices,  
apud terrenū regem accusant̄, Rursus ab alio  
episcopali iudicii ad eundem imperatorem appella-  
uerunt: Nec episcofo inter partes cognoscēt atque  
iudicāt, vel veritati vel paci cedēdūt esse duxerūt.  
Quid autem aliud statuerūt Cōstantinus aduersus  
Cæciliānum & socios eius, si essent vestris maiori-  
bus accusantibus vici, quām quod statuit in episcopis,  
qui cum vtrō accusant̄, nec ea quāe intende-  
bant probare potuisse? Noluerunt enim veritati  
consentire, nec vici. Ille quippe imperator primus  
constituit in hac causa, vt res conuictorum, & vinita-  
ti periculaciter resistentium, fisco vendicarentur.  
Sed vi delicit si vestris maioribus accusantibus at-  
que superantibus, contra cōmuniōnēm Cæciliāni  
imperator tale aliud decreuisset, prouisores ecclesie,  
defensores pacis & vinitatis nominari velleūt.  
Cum vero in eos qui vtrō accusant̄ nihil probare  
potuerunt, nec oblati sibi gremio pacis, quo correcti  
exiperentur, consentire voluerunt, ab imperatoria-  
bus talia decernuntur, iudicium facinus clamita-  
tur, neminem ad vnitatem esse cogēdūt, malum p-  
rispēde.

**H**emītū. aliud quām id quod de vobis quidam scriptis: Quod est  
volumus sanctū est? Et nunc non erat magnum  
neque difficile considerare atque cogitare Constanti-  
ni iudicium atque sententiām contra vos vigere,  
que vestris maioribus Cæciliānum apud impera-  
torem totius accusantibus & non conuictentib⁹,  
aduersus vos promulgata esteam necessaria sequi  
cæteros imperatores, maxime catholicos Christia-  
nos, quotiens de vobis aliquid agere vestræ obstina-  
tions necessitas cogit. Facile erat ista cogitare, vt  
vobis ipsi aliquando dericeris: Si Cæciliānum vel  
innocens fuit, vel nocens & conuincti non potuit,  
quid in hoc negocio tam longe lateſq; diffusa socie-  
tas Christiana peccauit? Cur orbi Christiano non  
licet ignorare, quod non potuerunt qui accusant̄  
demonstrare? Cur illi quos Christus in agro suo, id est in hoc mundo seminauit, & inter zizania  
crescere vlt̄ ad messem p̄acepti, Cur tot milia fi-  
delium in omnibus gentibus, quorum multitudine  
stellis cœli & harenæ maris dominus comparauit,

T omus secundus.

quos in semine Abraæ benedicendos promisit & D  
reddidit, propterea negantur esse Christiani, quia  
in hac causa in qua discutienda non interfuerunt,  
iudicibus potius suo periculo iudicantibus, quām  
victis litigitoribus credere maluerunt? Certe nul⁹ 23.q.4.ni  
lius crimen maculat nescientem. Quomodo fide⁹ mūm.  
les toto orbe diffusi, crimen traditorum cognoscere 1.q.4. nul  
poterant, quod accusatores etiam si nouerant, tamē lius.  
eis offendere non valebant & Hos ergo ab hoc cri-  
mine innocentes esse, nempe ipsa ignorantiā facile  
lime ostendit. Cur ergo innocentes falsis criminis  
bus accusantur, quia criminis aliena, seu falsa seu ve-  
ra nescierunt? Quis locus innocentiae referuatur,  
si crimen est proprium, nescire crimen alienum?  
Porro si tot gentium populos, ipsa ignorantiā, sicut 23.q.4.ni  
dictum est, innocentes ostendit, quām magnum mūm. &  
crimen est ab istorum innocentium cōmuniōne cap̄q̄ma-  
separari? Nam & facta nocentum, quæ innocen-  
tibus demonstrari, vel ab innocentibus credi non  
possunt, non inquinant quenquam, si propter inno-  
centium confitunt etiam cognita luſtinentur.  
Non enim propter malos boni deferendi, sed pro-  
pter bonos mali tolerantur: sicut tolerauerunt  
prophetæ contra quos tanta dicebant, nec commu-  
nionem sacramentorum illius populi relinquebat:  
si cut ipse dominus nocentem Iudam usque ad con-  
dignum eius exitum tolerauit, & eum facram coe-  
nam cum innocentibus cōmunicare permitit; si  
cut tolerauit Apostoli eos qui per iniūdiā (quod  
ipsius diaboli vitium est) Christum annūciabant:  
sicut tolerauit Cyprianus collegarum auariciam,  
quam secundum Apóstolum appellat idolatriam.  
Postremo quicquid tunc inter illos episcopos ge-  
stum est, etiam si forte ab aliquibus eorum scieba-  
tur, si non sit acceptio personarum nunc ab omni-  
bus ignoratur. Cur ergo non ab omnibus pax ama-  
tur? Hæc facillime cogitare possetis, aut fortasse  
etiam cogitatis. Sed melius erat vt amaretis pos-  
sessiones terrenas, quas timendo perdere cognitæ  
veritati consentires, quām vt amaretis vanissimā  
hominum gloriam, quam vos putatis perdere si co-  
gnitæ veritati consenseritis. Vides itaque iam (vt 23.q.6.vi-  
opinor) non esse confiderandum quod quicq; cogi-  
tur, sed quale sit illud quod cogitur, utrum bonum an  
malum: non quo quisque bonus possit esse inuitus,  
sed timendo quod non vult pati, vel relinquit im-  
peditentem animositatem, vel ignoratam compellit  
cognoscere veritatem, vt timens vel respusat falsum F  
de quo contendebat, vel querat verum quod nescie-  
bat, & volens teneat iam quod nolebat. Superfluo  
hoc fortasse diceretur quibuslibet verbis, si non tam  
multis ostenderetur exemplis. Non illos aut illos  
homines, sed multas ciuitates videmus fuisse Do-  
natistas, nunc esse catholicos, detestari vehementer  
diabolica separationem, diligere ardenter uni-  
tatem. Quæ tamen timoris huius, qui tibi displa-  
ctet, occisionibus catholicæ factæ sunt per leges im-  
peratorum, à Constantino apud quem primum ve-  
stri vtrō Cæciliānum accusant̄, usque ad p̄-  
sentes imperatores, qui iudicium illius quem vestri  
elegerunt, quem iudicibus episcopis p̄aetulerunt,  
iustissime contra vos custodiendum esse decernit.  
His ergo exemplis à collegis meis mihi proposi-  
tis es̄i, Nam mea primum sententia erat ne  
minem ad vnitatem Christi esse cogendum, verbo  
esse agendum, disputatione pugnandum, ratione  
vincendum, ne fictos catholicos haberemus, quos Prior Au-  
ertos hereticos noueramus. Sed hæc opinio ḡu, senten-  
cia, non contradicuntur verbis, sed demonstrat̄ tia con-  
tinuū superabatur exemplis: nam primo mihi op̄ sentiebat  
ponebatur ciuitas mea, quæ cum tota esset in pa- cum Lue-  
te Donati, ad vnitatem catholicam timore legum therana.

e ij impe.